zeichnete Abschrift Aventins, herangezogen; unwesentliche Varianten sind stillschweigend verbessert.

848. Gotescalcus, qui dicebatur hereticus, Mogontiaci a Rhabano archiepiscopo multisque aliis episcopis rationabiliter, ut plurimis visum fuit, convictus est, licet ille postmodum in sua perdurarit sententia.	Gotescalchus quoque quidam presbyter, de praedestinatione dei prave sentiens et tam bonos ad vitam quam malos ad mortem perpetuam inevitabiliter a deo praedestinatos esse adfirmans, in conventu episcoporum rationabiliter, ut plurimis visum est, convictus et ad proprium episcopum Ingumarum Remis transmissus est, prius tamen iuramento confirmans, ne in regnum Hludawici ultra rediret.
856. Mense Februario, IIII. die mensis eiusdem, defunctus est Hrabanus archiepiscopus Mogontiacensis ecclesiae.	Mense Februario, IIII. die mensis eiusdem, Rabanus archiepiscopus Mogontiacensis ecclesiae defunctus est, habens in episcopatu annos VIII, mens . 2. (der Raum für Monate und Tage ist freigelassen und später zu 'mensem unum' ausgefüllt worden). Mense Februario, IIII. die mensis, defunctus est Hrabanus archiepiscopus Mogontiacensis ecclesiae, habens in episcopatu annos novem, mensem unum et dies quattuor. 3f, 3c—e.
863. (Tod des Erzbischofs Karl von Mainz); cui Liutbertus in episcopatus honore successit II. Kal. Decembris.	et Liutbertus eiusdem sedis honore sublimatus II. Kal. Decembris.
870. Nubes varii coloris per tres continuas noctes ab aquilone ascendebant, aliae ab oriente et meridie econtra veniebant.	Nubes quaedam ab aquilone quadam nocte ascendit, altera ab oriente et meridie econtra venit.